Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/310850

THESES

JURIDICAE INAUGURALES.

20.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES DE CLERCQ VAN WEEL,

e pago Ooltgensplaat.

A. D. XX MENSIS JUNII ANNI MDCCCLVI, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCCLVI.

Ex officina Typographica GIEBEN & DUMONT.

THESES.

I.

In L. 10. D. de pactis (2, 14) non dicitur pactio creditoribus qui privilegium habent nocere.

II.

Non facio cum summo CUJACIO (Obs. III: 17) doli exceptionem oppositam facere bonae fidei judicium.

III.

Quaerela inofficiosae donationis non ultra legitimam rescinditur donatio.

IV.

Minus accurate dicit PUCHTA (Cursus der Institutionen II. § 220). »In der activen dagegen setzt es (das Post »liminium) ferner voraus...... dass der Staat nicht »selbst den Bürger aufgegeben habe, wie diess..... wenn »beim Friedensschluss auf die Rückgabe der Gefangenen »*verzichtet* wird, der Fall ist."

V.

Communem opinionem de praelegatis contra BUCHHOLZII doctrinam (Die Lehre von den Prälegaten Jena 1850) defendendam existimo.

VI.

Uxor quae aliena negotia sine auctoritate mariti gessit omnino tenetur, ex solutione vero indebiti eatenus tantum quatenus locupletior facta est.

VII.

Nullum interdictum in casu a. 619. C. C. datur contra eum qui neque vim fecit neque faciendam curavit.

VIII.

Fiduciario, cui cautio remissa est, fructuum perceptio sententia judicis adimi nequit.

IX.

Locator impetrata condemnatione conductoris ad solvendam pensionem, rescissionem locationis petere potest, quamdiu soluta ea non est.

X.

Si ille qui creditori promiserat se res suas hypothecae adstricturum non esse, tamen hypothecam imposuit, creditor antequam obligationis dies venit, actionem eo nomine instituere nequit.

XI.

In casu a. 198. C. M. regressus indossatis negandus non videtur.

XII.

Creditor privilegia in a 313 et 315 C. M. concessa

exercere non prohibetur navi propter commissum publicata.

XIII.

Sententia qua forocessio declarata est, non est insinuanda, ut creditor desistat ab executione inchoata.

XIV.

Contra album creditorum comprobatorum ex a. 826. C. M. legitime clausum recursus non datur.

XV.

Peregrinus, reus in prima instantia, appellans cautionem judicatum solvi quae dicitur, praestare tenetur.

XVI.

Jus evocandi etiam contra personam moralem, civitatem puta, competit.

XVII.

Curia novam inquisitionem criminalem jubere nequit, posteaquam inceperit testes audire.

XVIII.

Propter vitia praeviae inquisitionis sententia per cassationem rescindi potest.

XIX.

Eleganter ROSSI (Traité de droit pénal L. II. Ch. XXXIII. Du délit manqué): »Les hommes ne confondent pas, »n'ont jamais confondu l'auteur d'un crime manqué avec »l'auteur d'un crime consommé. Il y a plus; cette dis»tinction est sentie intérieurement par les coupables eux »mêmes: tout homme a pu l'éprouver pour les actes »de négligence."

XX.

Non facio cum FEUERBACHIO omni delicto inesse juris laesionem.

XXI.

Improbanda est sententia Curiae Cassationis (25 Aug. 1853) mercatorem qui in bilance merces majoris vero pretii aestimaverit incidere in a. 147. C. P.

XXII.

Famulus, qui pecuniam a domino sibi commissam, intervertit puniendus est ex a. 408. C. P.

XXIII.

Licet contrectatio in a. 380. C. P. indicata per effracturam vel noctu in domo habitata facta est, vel sic tamen ille qui res tali modo contrectatas celavit vel in suum usum adhibuit, non alia quam furti simplicis poena plectitur.

XXIV.

Recte delicta a nostratibus peregre commissa hic puniuntur.

XXV.

Usus navium praedatoriarum omnino est reprobandus.

XXVI.

Recte HAUS (Observations sur le projet de révision du

Code Pénal I. p. 123) »mais qu'il (le législateur) se »garde d'attacher à un certain genre de peines, ou même »à un certain genre de crimes l'idée de l'infamie; qu'il »n'exerce aucune influence sur le blâme; qu'il laisse »la désapprobation publique suivre ses lois naturelles; »c'est la justice et l'intérêt social qui le lui commandent."

XXVII.

Recte lege fundamentali regi jus tributum est coetum delegatorum dissolvendi.